



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

X. Si alicui de prima vacante ecclesia promiſſio fuerit facta, ſi ea vacante aliud poſtea ad eam fuerit praesentatus, non debet propter hoc eius institutio retardari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO
CHRISTI
1179.

CAP. X.

Idem episcopo Herefordensi & abbati de Euesham.

Ad aures nostras, G. clerico insinuante, peruenit, quod cum presbyter qui in ecclesia beatæ Mariæ ante portas Gloucestri, monachorum perpetuam vicariam obtinuerat, in fata concessisset, abbas & monachi ipsius loci diuino intuitu præscriptam vicariam ei concesserunt. Cum autem per præfatum abbatem & capitulum ad eandem vicariam G. diocesano fuisset episcopo præsentatus, quidam I. de Constantiis nomine, institutionem eius quarundam literarum intuitu, continentium quod idem abbas ei ecclesiam quæ primo vacaret, concesserat, impediuit: hinc est quod discretioni vestræ, &c. quatenus si præfatus L. a vobis super hoc requisitus, aliam causam rationabilem non prætenderit, nisi concessionem ecclesiæ quæ primo vacaret, pro eiusdem contradictione vel appellatione nullatenus dimittatis, quin auctoritate nostra diocesano episcopo mandetis, vt ad præsentationem prædicti abbatis & monachorum, supradictum G. ad vicariam præscriptam recipiat, & ei curam animarum committat, sicut moris & iuris est, si aliud non est quod eius institutionem debeat impedire.

DE PACTIONIBVS SECVNDO. PARS XLVIII.

CAP. I.

Alexander tertius VVigorniensis episcopo.

VENIENS ad apostolicæ sedis clementiam dilectus frater noster magister V. de Flameuill, sua nobis insinuatione monstrauit, quod cum monachi maioris monasterii terras in parochia beatæ Mariæ de Mertun excolant, ab eadem ecclesia coloni eorum omnia ecclesiastica tam necessaria quam voluntaria susceperint sacramenta: & tamen eidem ecclesiæ suas & Canonibus sacris institutas decimas soluere contradicunt, sed de frugibus ei tertiam partem soluerunt, & duas sibi retinere præsumunt. De reliquis autem minutis decimis, vtpote nutrimentis animalium & fructibus hortorum, nil penitus præstare non eru-

Vuuu iij